UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

III. Markgraf Albrecht giebt seinen Vettern Otto und Conrad die Versicherung, ihnen für den Fall des Rückkaufes von Schiefelbein hundert Brandenburgische Pfund Auslagen zu zahlen, am 19. November ...

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55359

Visual Library

noſtris patruis perſoluatur. Si uero nos contigeret in noua ciuitate iacere ciuibus Maydeburgenſibus, tamen predicti milites noſtris patruis debent iacere in Brandenborch, et poſtquam ſoluti nos ipſi fuerimus aut inducias habuerimus a ciuibus Maydeburgenſibus, intrare debemus cum predictis uiginti militibus Brandenborch, non inde exituri, donec mille marce noſtris patruis perſoluantur. Si autem nos mori contingeret, quod abſit, in ſoluendo et iacendo ſupplebit Otto, noſter filius, uices noſtras. Pro iam dicto adiutorio nobis inpendendo, ut reſtituatur Domicellus Nicolaus ſue hereditati et pro terra Schiuelben, ut detur nobis copia redimendi eandem terram, poſuerunt nobis noſtri patrui caſtrum Wolueshaghen cum uiginti uillis proxime iacentibus, ſic, quod ſi nos non iuuarent, ut predictum eſt, et nobis terram Schiuelben redimendam denegarent, ex tunc dictum caſtrum Wolueshaghen cum uiginti uillis proximis erit noſtrum tam diu, donec a noſtris patruis predicta omnia retradantur. Item recognoſcimus preſentibus, quod ſi dominus Bughen noſtros dilectos patruos inuaderet, aut ipſorum uaſallos ſpoliando, eosdem noſtros patruos iuuare debemus ſine omni dilatione, et ipſi noſtri patrui nos ſimiliter iuuare debent ſine omni dilatione, ſi dictus dominus Bughen nos et noſtros uaſallos attemptaret indebite ſpoliare. Vt autem predicta omnia a nobis inuiolabiliter obſeruentur, preſens ſcriptum inde factum conſcribi iuſſimus et ſigillo noſtro fecimus roborari. Actum et datum Brandenborch, anno domini M°. CC°. LXXXXII°., XIII° kalendas Decembris.

Nach dem Original des Geh. Staatsarchives.

III. Markgraf Albrecht giebt ſeinen Vettern Otto und Conrad die Verſicherung, ihnen für den Fall des Rückkaufes von Schiefelbein hundert Brandenburgiſche Pfund Auslagen zu zahlen, am 19. November 1292.

Nos Albertus, Dei gratia Marchio Brandenburgenſis, recognoſcimus preſentibus proteſtantes, Quod ſi redemerimus a patruis noſtris Ottone et Conrado, marchionibus Brandeburgenſibus, terram Schiuelbein, termino deputato dabimus eisdem noſtris patruis pro expenſa centum talenta de Brandenburg. Ceterum ſi quid expenderunt noſtri patrui pro firmatione dicte Schiuelbein, quod notorie oſtendere poterunt, de hoc eisdem faciemus debitam recompenſam, ſuper quo preſens damus ſcriptum noſtro ſigillo roboratum. Datum Noua Brandenburg, anno domini M. CC. XCII., die Eliſabethe vidue.

Nach von Dreger's Abſchrift aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives und der Dickmann'ſchen Samml. f. 152.